Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistola de miseria curatorum seu plebanorum

[Straßburg], vor 25. Okt. 1489

Octauus diabolus est ipse capellanus bic in ecclesia tua

urn:nbn:de:bsz:31-296765

Visual Library

buerit oues: deuorabit et paſtorē. et iuſto iudicio paſtor cū ouibus perit. q̄ nullā diligentiā circa oues habere voluit. Fruſtra et indigne geris o epiſcope baculū: te ordīes celebrante. quē gerere nō vis lupo cleꝝ tuū inuadente. Diligētem igitur curā de ouibus tuis habeas: q̄rū et lac ac butyꝝ contributū cū ſubſidio de die in diem congregas. Dic cum ſaluatore qui vos audit: me audit. ⁊ qui vos ſpernit: me ſpernit. Et q̄ncūq̄ʒ in curiā tuam venerit plebanus: honora illū. quemadmodū in eterna patria chriſtꝰ honorat apl'os. O ēʒ eiꝰ iniuriā tuā reputa lupos ſibi inſidiātes cū magna ſtrennuitate ad alioꝝ terrorem fuga. Tu enim es chriſtus / plebanus tuus diſcipulus. Sicut in ſuis tribulationibus chriſtus non deſeruit apoſtolos. nec et tu in ſuis infinitis tribulationibus ac perſecutionibus dimittas plebanos. Sed heu: quod non plantauit lupus: tollit. Quia magis lupos q̄ʒ oues diligit epiſcopus. Sic demū de bonis eccl'e diues eſt vaſellus. et ſumme pauper ſemper manet plebanꝰ

Octauus diabolus eſt ipſe capellanꝰ

hic in eccleſia tua. nec cantat nec legit. niſi vnde ipſe ſuū profectū habere poſſit. Vix ſine confuſione req̄em cantat. et quaſi in ſingulis tibi rebelliſat. Si prandium tuuʒ et cenā non ſemper equaliter ſumit. non ſolū in te: ſed in cocā tuam etiam fremit. et q̄ꝛ tecum diſcordat: rixas quomodo poteſt: aduerſum te excitat. Forte ebrius eſt per totam noctem in taberna leuat cātros. et mane non pudet immolare ſacrificium. Sōnolētus ē q̄n in eccl'a tua deberet comodū tuū agere: iacēs in lecto. forte adhuc matutīas cū acceſſu altaris debet incipere. Impatiens eſt. vult eq̄tare. nō curat ſi te oportet per pedes ambulare. et ſi nō habuerit equū: nō cōplet tuū miniſterium. O quotiens ego plebanus fui pedeſter. et dura feci veſtigia. Ipſe capellanus in equo meo q̄etus et letus cantauit carmīa. Curioſus eſt. iungit ſe vaſellis. loquitur quod non audiuit. recitat qđ non vidit. Et ſi pſequēdi modū nō haberent ex alio: q̄uo noceant plebano. habent ex capellano. Superbus eſt in miniſterio. ſemper lotum formoſum appetit habitum: non vt in hoc decoret:

chriſtum:ſed magis vt ad ſe inclinet populum. Non vt p
illam honeſtatem de cetero maneat capellanus. ſed magis
vt depulſo domino ſuo: ipſe futurus ſuccedat plebanus.
Auarus eſt. comodum tuum pro poſſe impedit. Sepius
q̃ tuam obſeruaret coquinam: in votiuas vigilias: hoc eſt
in ſuum profectum vertit. Te accreſcente ſemper dolet. qꝛ
nihil dicere audet. Ubi poteſt: occulte nocet. In mari igit
arenam numera. Et in capellano temptationes penſa. Et
proculdubio qui te putas eſſe plebanum et dominum: in-
uenies te tuorum capellanorum capellanum et ſeruum

Nonus diabolus eſt ipſe predi-

cator. Qui quanto in doctrina glorioſior: tanto plebano in-
feſtior. acceptum ſe in populo conſiderat. et plebanum qua-
ſi cifram pro nihilo reputat. Et quia ſcientia inflat non ſo-
lum a plebano: ſed etiam a capellanis tanq̃ prepoſitus ce-
lebrari oportet. Si non ſemper delicata cibaria mãducat.
vinũ ↄditũ cũ cereuiſia optĩa potat. De hoc in ambone p̃-
dicat. coram plebis multitudine te ſcandalizat. Non in ſu-
orum verborum apparatu profectum tuum queritat. ſed
quomodo ipſe accreſcat: toto conatu laborat. Si per teip-
ſum predicare non poteris: multotiens ab eo aſinus ⁊ cor-
nutus vocaris. Confidit in doctrinam. et multiplicat ca-
lumniam. Uelis nolis contra te predicator permanet. q̃
totum populum tuum ad brachium ſuum habet. Ecce mi
iohannes potes bibere calicem et curam ſuſcipere paſtoꝛ-
ralem. eſſentialia ſolum tibi temptamenta propoſui: de ac-
cidentalibus infinitis nec menſionem feci. Quod cotidie
ex aduerſo te infeſtat: q̃s eſt qui numerat? Ad curã igitur
paſtoralem ſuſcipiendam meritũ ponderans fideliter cõ-
ſulo Obprobrium cenſens penitus diſuadeo. Quantum
igitur eccleſiaſticum regimen eſt meritorium: tantum eſt
oneroſum. Quantum excelſum: tantum ignominioſum.
Quid eſt q̃ plures religionem intrant: et in eadem non p-
ſeuerant. multi eccleſias ſuſcipiunt. et non multo tempore
effluxo dimittunt. Niſi quia iſti ſcilicet religioſi duram cõ-
tra vicia ante non ponderarunt pugnam. et iſti acerbam

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg